



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Discere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

DIMISSORIA.

143

mentum conferre potest. *D. Th. Add. ad 3. p. q. 31. art. 2.*

DIMISSORIA.

1. **D**imissoriae litterae validae sunt etiam Episcopo mortuo.

2. Non possunt autem dari à Capitulo sede vacante, nisi post annum, aut si quis ob beneficium cogatur ordinari. *Ex Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de refor.*

Discere, vide Fides.

Dispensatio, vide Confessor, Episcopus, Excommunicatio, Gratia, Iuramentum, Matrimonium, Ordo, Votum.

1. **I**ndubio an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare non egere vel ad cautelam dispensare secundum quorundam probabilem sententiam.

* *De dispensatione nonnulla Couar. c. 6. §. 9. p. 2 in 4. Decret. Azor. l. 5. c. 15. Carbo lib. 7. de legibus c. 12.*

2. Cum subest causa dispensandi, videtur peccare Praelatus, qui potest, si non dispenset, quando oportet.

* *Vide Syl. Dispensatio 3.*

3. Data facultas dispensandi, intelligitur si sit causa legitima.

G

4 Ad